Sit omnibus notum quod Ego Orient uxor Arnaldi de plano parrochie de Canano de silua, redempta et absoluta ab omni dominio
et seruitute cuius essem, Gratis et ex certa sciencia euenio et facio me feminam propriam et solidam vestri venerabilis domine
Beatricis dei gratia abbatisse monasterii sancti Danielis tamquam absentis tamquam presentis et vestrarum succedencium in ipsa abbatia
et monasterii cum omni prole ex me nascitura et bonis meis mobilibus presentibus et futuris et hoc in manu et posse Pe
tri de vilacs clerici et procuratoris dicti monasterii sancti Danielis nomine vestri dicte domine abbatisse et vestrarum succedencium ac monas
terii predictorum recipientis pro eo scilicet quia nomine intraui et marito nupsi in mansum de plano dicte parrochie de Canano de
silua qui mansus est de dominio vestro et abbacie et monasterii predictorum et de quo habetis et habere debetis ac consue
uistis vos et dictum monasterium homines et mulieres ibi personalem residenciam facientes. Promitto vobis et dicto
procuratori quod ero semper bona fidelis et legalis vobis dicte domine abbatisse et vestris succedentibus ac monasterio predictis
tamquam meis dominis naturalibus et quod numquam populabo me in aliqua Ciuitate uel alio loco priuilegiato nec aliquid aliud fa
ciam propter quod vos uel dictum monasterium me amittere possitis et aliquo luctari. Obligando ad hec vobis et succeden
tibus vestris ac monasterio et procuratori predictis me et omnia bona mea ubique habita et habenda. Et facio inde dicto procu
ratori nomine vestro et dicti monasterii homagium iunctis manibus comendatum. Promitto vobis et dicto procuratori ac spon
te iuraui per deum et eius sancta quatuor euangelia corporaliter a me tacta predicta omnia rata grata et firma semper
habere et tenere et contra ea numquam venire aliqua racione. Hec que omnia in presencia [illegible] facio promitto et paciscor in posse
notarii infrascripti tamquam publice persone nomine omnium quorum interest et intererit legittime stipulantis. Actum est hoc
x° kalendas Junii anno domini millesimo CCC° xxx° sexto. Sig+num Orient predicte que hec firmo et laudo. Testes
huius rei sunt: P. de villamontano clericus vicensis diocesis et Bn. ruffini de loco de Canano de silua.

Sig+num Guillelmi Begis notarii publici substituti auctoritate regia a Bn. de vaylano publico Gerunde notario qui hec scribi feci et clausi.

Nº 163

nº 406

Llibre 22

Homenatge del mas Pla de Cassa de la Selva

Cassà de la Selva. [illegible] prestat per Oriént muller de Arnaldi Pla. 23 maig 1336.
Mas Pla.

AC f 119 — Nº 1 del plec primer. Cat. del llibre 22.

T 222 x 265

334

[illegible]